

Universitätsbibliothek Paderborn

Cvrsvs Theologici ...

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et
Varietas Patitvr ...

Quas Prima Pars Et Prima Secundæ Divi Thomæ Complectvntvr -
Qvæstiones Insvper Ad Mores & praxim spectantes, quæ peculiarem cum
Scholasticis habent connexionem, declarantur

Carleton, Thomas Compton

Leodii, 1659

Sect. II. Statuitur & declaratur conceptus essentialis peccati habitualis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13718

III.
Tertia sententia non multum discrepare videtur
à precedente, peccatum enim habitualē idem esse
dicit ac hominem aliquando peccasse. Ne tamen
hujus sententiae auctores concedant peccatum ha-
bituale manere etiam in justificatis, cùm in iis ma-
neat peccasse, addunt inclusi necessariò debere
ordinationem illam Dei, numero præcedente de-
claratam. Ita Gabriel in 4. dist. 14. q. 1. & Okan
q. 8. & 9. Hæc sententia, ut dixi, parum differt à
precedente, & iisdem fere, qua contra illam ad-
ducta sunt argumentis, refellitur: nec est fœdatis
vel maculata formaliter anima, quod à Deo ordi-
natur ad poenam, sed est tantum maculata presup-
positivæ.

IV.
Quarta sententia est, peccatum habitualē, seu
maculam, esse dignitatem intrinsecam ad poenam,
ex actu præterito resultantem: pro qua sententia
varios citat Salas. Hic dicendi modus, nisi aliud
addatur, non explicat qua ratione transfacto actuali
peccato maneat culpa, seu macula, quare hæc opini-
o, licet vera, nihil tamen declarat.

SECTIO SECUNDA.

Statuitur & declaratur conceptus essentialis peccati habitualis.

L.
Peccatum
habitualē
est actu ma-
lum præteri-
tus, mora-
liter adhuc
perseverans.

His ergo sententiis, ut minus ad rem hanc ex-
plicandam efficacibus, relictis: Communis
& vera opinio est, peccatum habitualē ut sic, seu
ut abstrahit à statu naturæ elevata ad finem super-
naturalem, esse actum ipsum malum præteritum
moraliter adhuc manentem: unde præter privatio-
nem gratiæ, de qua postea, datur jam in anima
alita macula, quæ per se compleat peccati habitualis rationem continet: ita auctores communiter, quos latè refert Salas 1. 2. d. 14. sect. 3. num. 31. & sequitur Tannerus hic, d. 4. q. 6. dub. primò & Amicus hic, Disp. 24. num. 16.

II.
Ratio est,
quia homi-
nes, etiam
in pura na-
turæ peccare
possent mor-
taliter.

Ratio est primò: quia in pura natura, ubi ho-
mines non essent elevati ad finem supernaturalem,
possent peccare mortaliter, & in ipsis transfacto
actu manere peccatum habitualē, & tamen tunc
non confiteretur hoc peccatum in privatione gratiæ: cùm enim tunc nulla esset obligatio habendi
gratiam, consequenter illius carentia non esset ca-
rentia forma inesse debitæ, ergo nec peccatum
ergo peccatum habitualē jam constitit in actu præ-
terito moraliter manente, quidquid sit an præterea
includat privationem gratiæ, qua de re mox aliquid
dicimus.

III.
Obstinetur
in pura na-
turæ nullam
esse obliga-
tionem ha-
bendi gratiæ
habitualē.

Vasquez d. 139. vult peccatum habitualē, etiam
in statu pura natura, confiterere in privatione gratiæ: eo ipso enim, inquit, quod quis peccaret, fieret debitor gratiæ, utpote quod indigeret ad re-
conciliationem cum Deo, & peccati remissionem. Sed contra primò: posset enim peccatum tunc remitti per condonationem extrinsecam. Contra
secundo: aliud est indigere gratiæ, aliud habere debi-
tum illius, ut constat in damnatis, nunquam enim
quis habet debitum gratiæ, ita ut illius carentia
censeatur peccatum, nisi Deus sub certis conditionib-
us statuerit eam illi concedere, nisi per ipsum
feterit, vel per alium, à quo in eum erat derivan-
da; nec enim habere potest obligationem illius,
quod non omnino est in ejus potestate.

IV.
Peccatum
habitualē
veniale con-
fittitur per

Probat secundò, communī & ab omnibus
usu patro argumento de peccato veniali, quod post-
quam transfactum est, maculam in anima relinquit,
à qua per Sacramentum pœnitentiae lavamur &

R. P. Comptoni Theol. Scholast. Tom. I.

mundamur, sed hæc non consistit in privatione *solum actum* gratiæ, cùm peccatum veniale nullam tollat gra-
præteritum, ergo etiam ex eo quod quis peccaverit mor-
moraliter, manebit in eo in culpa independenter à *ergo & pec-*
manentem; privatione gratiæ. Nec satis facit quod respondent
aliqui, peccatum veniale habitualē confitentes in *actum ha-*
bitalē *morale.*

Probatur tertio, communī etiam argumento: **V.**
ipso facto enim quod quis alium offenderit, & *Eo ipso quod* injuria non sit condonata, censetur adhuc habi- *quis alium* *offendit, &* *injuria non*
tualiter manens injuriosus, sicque si Deum offendit manet peccator, dignus adhuc odio, & puni- *sit remissa,* *censetur*
tione, & hoc sensu dicitur peccatum seu injuria respectu tum Dei tum hominum manere moraliter, id est quod effectus hofce Morales jam di- *etiamnum* *injuriousa.*
ctos, perinde ipsi est, ac si jam actu & physice peccatum illud committeret. Unde id quod mo-
vet personam offensam ad odium & vindictam est actus ipse præteritus, ratione cuius posito quod condonatus non sit, offensus displicet sibi semper in personâ offendente.

Cum ergo ipso facto quod concipiatur quis peccasse, & peccatum illud deletum adhuc, seu condonatum non esse, omnibus aliis præcisus, intelligatur quis manens moraliter peccator, intel- *Viterius de-*
ligitur formaliter ratio peccati habitualis, ergo in *claratur quo* *paolo so ipso*
hoc sita est ejus essentia, sicut essentia ignis in *quod pecca-*
materiâ & formâ ignis inter se unitis, quia his *tum non sit* *cōdonatum,* *maneat quis*
solis conceptis concipiatur ignis. Eo ipso igitur *peccator.*
quod quis admisit peccatum, & neendum sit dele-
tum, dicitur lumen naturæ esse ipsum adhuc odio
& poenâ dignum, & consequenter esse habituali- *Quid sit a-*
ter etiamnum peccatorum: sicut de voto & aliis *ili aliquem* *manere mo-*
hujusmodi præteritis dici solet, que ubi semel *retrahit.*
posita sunt, & nunquam postea sufficienter retrahita, etiamnum obligant, licet Physicus ille actus
dudum transferit. Hoc nimur in omnibus est,
moraliter seu in ordine ad effectus Morales ma-
nere.

SECTIO TERTIA.

Objectiones contra essentiam peccati habitualis hoc modo declaratam.

OBJICIES primò: hinc sequi existere ali- **I.**
quem in peccato habituali, nihil aliud esse *Qasimvii*
quam denominationem extrinsecam. Respon- *actus præ-*
detur physicè loquendo ita esse; provenit nihil o- *ritu, jam*
minus hæc denominatio à formâ, quæ aliquando *non existat;*
erat intrinsecæ, in quo differt ab aliis denomina- *manet ta-*
tionibus pure extrinsecis. Moraliter ergo lo- *men mora-*
quendo est denominatio intrinsecæ, perinde enim *sed.*
est huic homini, qui aliquando peccavit, in ordi-
ne ad effectus Morales suprà positos, ac si modo
physicè & intrinsecè peccaret. Unde ut nunc sit
peccator, & odibilis, sufficit quod aliquando pec-
caverit, & peccatum illud neendum sit condona-
tum. Neque eum odit aut punit Deus ob aliquid,
quod in illo jam videt, sed quod aliquando vidit,
feu videt fuisse, & moraliter adhuc permanere in- **II.**
trinsecè.

Objicies secundò: hinc sequi non actum tan- *Obj. Sequi;*
tum præteritum, sed etiam non condonationem *non condo-*
spectare ad intrinsecum conceptum peccati *nationem*
habitualis.

S. 2